SENTENTIAE PROPHANAE,

LEONARDI COLMANI, EX DIVERSIS SCRIPTORIbus collectae, & nunc recognitae & auctae in usum

GYMNASII SPIRENSIS.





SPIRAE,
TYPIS HELIAE KEMBACHII,
Anno M. DC. XVI.

VIRO BONO ET ERVDITO BALDASSARI ZERRERIO.

LEONARDUS COLMANUS S.

LIBELLUM hunc Sententiarum, quem tu latiniarium vocare solebas, optime Baldassar, in puerorum tuorum usum nuper undiq; collectum, & denuo auctum & impressum, tibi dedicare volui, quo constans animi erga te mei propensi & amantis signum semper haberes, memoremq; me tui diceres: Sic enim amorem amore, beneficium beneficio satis pensatum esse puto. Proinde eundem avido & bono animo accipe & amantem redama. Bene vale.

DE LITERA A.

AB aliorum casu, disce quid vites.
Abjiciendus pudor, quoties urget necessitas.
Absente vino nulla tunc adest venus.
Absit clamor in colloquio, aut lusu.
Abstinendum à commertio garrulorum.
Absque pecunia versari cum hominibus res est difficillima.
Accipere quàm facere injuriam præstat.
Accesserunt modo opes potes quàm plurimum.
Acutissimus gladius est fames.
A cane non magno sæpe tenetur aper.
Ad ocium proclives sumus omnes.
Adversa æquo animo sunt toleranda.
Adulatio maxima in amicitia pestis.
Adjuncta est parvis gratia rebus.
Adolescentis est majores natu vereri.
Ad suum quenque questnm esse calidum æquum est.
Adest unicuiq; rei modus.
Ad omnem disciplina tardior est senectus.
Adeo in teneris consuescere multum est.
Adversarium qui laudat, deo simillimus.
Adversum necessitatem ne dii quidem resistunt.
Ad fidem faciendam certiores sunt oculi.
Admonentes libere rari sunt.
Affabilitas ad conciliandam amicitiam efficacissima.
Agentes & consentientes pari pœna puniuntur.
Alius aliis in rebus præstantior.
Aliena nónunquam rectius quàm nostra perspicimus.

Alterius ſalus alterius eſt exitium.
Alterius opes, alterius ſunt ſpolia.
Aliena mala ſpectans doctus evadit.
Aliis alia placent & probantur.
Alia committenda, alia celanda.
Alius in alium culpam rejicit, ſibi quiſque palpatur.
Aliam ætatem alia decent.
Alia vita, alia vivendi ratio.
Alia virorum, alia ſunt mulierum officia.
Aliis aliud vitij eſt.
Amor vincit omnia.
Amicos inter adverſa cognoſcimus.
Animi hominum mutabiles.
Amici boni rari ſunt.
Amor omnis ſucceſſore novo vincitur.
Amicus verus, theſaurus eſt magnus.
Amicis ſumus amici, inimicis infeſti.
Amicus magis eſt neceſſarius quam ignis & aqua.
Amicum ſecundæ res parant, adverſæ probant.
Amicus certus in re incerta cernitur.
Amici probantur in rebus incertis.
Amicitia vetus raro aboletur.
Amici fucati pernitioſi.
Amanti nihil eſt difficile.
Amicitiæ venenum eſt odium.
Amici in rebus adverſis cognoſcuntur.
Amicus tanquam alter idem eſt.
Ambitio in repub. peſtilentiſſima.
Amicus res optima.
Amicitia ſuſcepta lite periclitatur.
Amor ex videndo naſcitur mortalibus.
Amor verus nullum novit habere modum.
Amor metu atque potentia non conflatur.

Amorem

Amorem oculi potiſſimum conciliant.
Amor omnes difficultates frangit.
Amor eſt magiſter artium, & animus doctrinæ.
Amor ſui cœcus.
Amicitia omnibus rebus anteponenda.
Amicitia poſthabita, vita nulla eſt.
Amicitiæ veræ ſempiternæ.
Amicitia conſtat ſimilibus.
Amicitia nullum pondus recuſat.
Ampla ſatis forma pudicitia.
Amare & ſapere vix Deo conceditur.
Amicus verus rara avis eſt.
Annus fructificat, non tellus.
Animus æquus optimum condimentum.
Animi laborantis medicus eſt oratio.
Animus iratus non facile parit.
Animus duris rebus aſſuetus minus offenditur.
Animus cujuſque ſermone revelatur.
Animi eſt generoſi, fortiter ferre adverſa.
Animorum disjunctio diſſenſionem facit.
Ante annos prudentia nulla.
A periculoſis negociis abſtinendum.
Arrogantiam ſequitur infamia.
Ars vincit naturam.
Arcus intenſus rumpitur.
Ardeliones nihil de ſe præſtant.
Argentum & anima & ſanguis eſt mortalibus.
Ars laborat citra fortunæ opem.
Aſſuefactio efficaciſſima eſt.
Aſſiduitas durissima vincit.
Aſinus mavult ſtramen quam aurum.
Aſſueta mala non offendunt.
Audentes fortuna juvat.

Avarus volens pauper est.
Auro placatur rex ferus.
Avaritia nihil miserius.
Auro patent cuncta atque ditis januæ.
Avaritia est triste vitium.
Auro loquente nihil pollet quævis oratio.
Aurum multis sæpe suasit perperam.
Auro cœlum panditur.
Aurum omnium malarum rerum materia.
Auaritia cor occœcat,& indurat.
Avari male cibant convivas.
Avarus semper eget.
Avari cupiditas nusquam expletur.
Avaritia non habet finem.
Avaritia semper se famelicam & egenam sentit.
Avaritiæ semper vicina est crudelitas.
Avaritia nullum vitium tetrius.
Avaritia in sene præsertim turpissima.
Avaritia lites parit,& partes alit.
Avari non possunt satiari.
Avaro diviti nihil est absurdius.
Avarus quicquid agit properat omnia.
Avaritia malis omnibus abundat.
Aures hominibus minus sunt fideles quam oculi.
Audere non est sapientis.

B.

Bacillus vitæ est egregia eruditio.
Beneficium in malo homine perditur.
Beneficium semper beneficium parit.
Beneficii gratiam perdidit,quisquis exprobratur.
Beneficium animo donantis metiendum.
Beneficium in malos non est conferendum.
Beneficium & gratia vincula sunt concordiæ.

Bene-

Beneficium collatum in gratos solet fœnerari.
Beneficii exprobratio molesta est.
Beneficium inopi bis dat, qui dat celeriter.
Bellum civile malum perniciosum.
Belli exitus incerti.
Belli fortuna anceps.
Bellum gerendum consilio.
Bellum omnem impietatem docet.
Bellum hominibus maximum est malum.
Bene consultare maximum est lucrum.
Bene pauperem esse melius quam ditescere male.
Beatissima civitas, quæ a sapientibus regitur.
Bene audias malim quam fias ditior.
Beatus est nemo sua ex sententia.
Boni viri est oblivisa injuriarum.
Bonæ leges ex malis moribus procreantur.
Bonis quod benefit haud perit.
Bonus paterfamilias domum efficit bene institutam.
Bonos viros nihil maledicta vulnerant.
Bona multa negligendo perduntur.
Boni ad bonorum convivia ultro accedunt.
Bonus est consultor amico haud improbus.
Bonus improbis non vulneratur verbis
Boni viri nunquam alienis moribus obsecundant.
Brevis & inconstans est hujus vitæ prosperitas.
Brevis est hominum vita.
Bis pueri sunt senes.
Bis dat qui cito dat.
Bonis amicis parcius utendum.
Blandiores amici magis cavendi quam tristes.
Benefacta male locata malefacta arbitror.
Bene immemor sis facti, & accepti memor.
Bene est cui deus obtulit parce.

Bonos viros omnia decent.
Boni pastoris est condere pecus, non deglubere.

C.

Castitas & pulchritudo raro cohabitant.
Canis pauperem peregrinum semper infestat.
Canis festinans cæcos parit catulos.
Canis antiquus cathenæ assuefieri non potest.
Carere debet omni vitio, qui in alterum dicere paratus est.
Cadente quercu quivis ligna colligit.
Caruisse tristicia, felicis est viri.
Cani indicant ætatem, non prudentiam.
Causa est malorum lingua plurium.
Casus subitus quandoque nobis consulet.
Calamitates quanto magis improvisæ sunt, tanto magis offendunt.
Canes timidi vehementius latrant.
Certiora quæ videntur, quam quæ audiuntur.
Cœca, & parum felix vita est mortalium.
Celebs homo magna caret molestia.
Celant sua mala domestica sapientes.
Cœcutit & videns ignorans literas.
Caliditas nimia interdum obest
Cavendum ab eo, qui semel imposuit.
Certissimum judicium ex collatione nascitur.
Cedendum ubique multitudini.
Cibus & potus irritamenta sunt libidinis.
Citra laborem nihil bene est.
Charum est quod rarum est.
Charius est quicquid multa mercede paratur.
Cibus immodicus noxius.
Conscientia mille testes.
Comes facundus in via pro vehiculo est.
Consuetudo omnia dura lenit.

Consilium ubique plurimum valet.
Consultor res sacra.
Consilio melius vinces quàm iracundia.
Consilia sæpe dat impetus.
Consilio inimica iracundia.
Consultatione re perfecta non opus est.
Consilium petendum à consultis & prudentibus.
Constat honos planè innumeris laboribus.
Conscientia recti suavissima est.
Conscientia falli non potest.
Conscientia bonorum factorum nihil est dulcius.
Conscientia recte facti norma.
Consuetudo cum bonis viris est habenda.
Consilio recto nihil erit securius.
Consilia præbeat tibi prudentior.
Corpus magis dolere quam mentem velis.
Coneris ex justo tibi victum querere.
Cogit furor multa mala nos committere.
Comite scelesto haud unquam iturus utere.
Corpus gladius, sed verba mentem vulnerant.
Constantem amicum ne time in malis.
Corrigere naturam malam difficile erit.
Consiliarius nemo est melior tempore.
Corporis vires labor modicus alit.
Consuetudo in naturam transit.
Comitas amicos parit.
Comitate vincendi morosi.
Communis est omnis amicorum dolor.
Consuetudo quovis tyranno potentior.
Concordia fulciuntur opes etiam exiguæ.
Conjuncti pollent etiam vehementer inertes.
Commune naufragium omnibus solatium.
Consuetudine redditur jucunda paupertas.

Conſtanter ferenda quæ accidunt.
Conſcientia benefactorum virtutis premium.
Cõſuetudo in rebus omnibus ſemper eſt potẽtiſſima.
Contemplatio omnis amica eſt ſilentio.
Conſiliis eventus non ſemper reſpondet.
Concedendum nonnunquam de tuo jure.
Committet nemo ſua, res homini futili.
Cõmertiũ cũ eo noli habere, à quo ſemul es deceptus.
Conciliant amicos divitiæ.
Cuiq; ſua dos eſt.
Cupiditati nihil eſt ſatis.
Cupiditas inexplebilis eſt.
Cum potentioribus non eſt certandum.
Cum deo quiſque gaudet & flet.
Cupiditas animi nunquam ſatietur.
Cum miſer miſeriorem aſpicit, ſuam æquius fert mi-
Cunctis opibus ſapientia eſt preciosior. (ſeriam.
Cura in omni re plurimum valet.
Cum urget neceſſitas, nihil non facimus.
Cura eſſe quod audis.
Cum nocet amicus, nihil ab hoſte diſcrepat.
Cui contigit bonus amicus, is vere felix eſt.
Cuiq; pro arbitrio res ſua agitur.
Cum diis non eſt pugnandum.
Cum amico bene merito nõ eſt ſuſcipiendũ certamen
Creſcentem ſequitur cura pecuniam.
Crudelitas maxima inimica naturæ.
Cupiditas pecuniæ fugienda.
Cunctos juvat diteſcere: at non poſſumus.
Curat monita haud ulla improbitas admittere.
Cuncta & dies producit, & dijudicat.
Cum blanditur inimicus fallit.
Cuſtodia famæ magnæ magnus eſt labor.

Contraria

Contraria contrariis curantur.
Corporis vires labor modicus alit.
Cœcus amor sui.
Cuncta & parit tellus, rursusque illa recipit.
Cui fortuna adversatur, amicos non habet.

D.

Desidia generat oblivionem.
Degeneres animos timor arguit.
Desipere in loco summa sapientia est.
Decus addit usque fœminis silentium.
Deus est undique, videt quoque omnia.
Deus odit utroque genu claudicantes.
Deo volente, navigabis vimine.
Deorum honore amici habendi sunt loco.
Divitias amare, parvi est animi.
Dies multa affert.
Diuturnitas magnos luctus tollit.
Dignus est decipi, qui decipiendo cogitavit.
Dii nulli dederunt omnia.
Dispares mores disparia studia sequuntur.
Discordia dilabuntur regna.
Divitiæ vitiorum ministræ.
Difficile est, assueta relinquere.
Difficillima honesta sunt.
Dii omnia possunt.
Dii tacite juvant.
Dii bona laboribus vendunt.
Divitiæ multis mortem attulerunt.
Dissidentes facile superantur, concordes haud facile.
Diligitur nemo, nisi cui fortuna secunda est.
Difficillimum, vincere naturam.
Difficile est tristi fingere mente jocum.
Dives est, qui nil sibi deesse putat.

Divitiæ bonæ mentis onera.
Divitiæ magnæ ſunt, eſſe inopem malorum.
Divitiæ labore parantur, & prodigalitate pereunt.
Divitiæ faſtum pariunt.
Divitiæ non ſemper optimis contingunt.
Divitiæ nullæ certiores, quam quæ animo poſſidentur.
Divitiæ non mutant hominibus ingenium.
Dives aut iniquus eſt, aut iniqui hæres.
Divitum miſerrimus eſt ſtatus.
Diis, parentibus, preceptoribus, nō redditur æquivalēs.
Difficilis res eſt inventa verus amicus.
Difficilia quæ pulchra.
Divitiæ male partæ male diſpenſantur.
Divitiæ incautos illaqueant.
Dies adimit ægritudinem.
Divitiarum & formæ gloria fluxa atque fragilis eſt.
Difficile eſt dum adhuc vivimus judicare.
Dicas amici non tuum preconium.
Diverſa ſunt & multa & apta dicere.
Diſponit lex, & recte cuncta judicat.
Dives memineris, ut proſis pauperculis.
Doctrina vana eſt, ratio ni acceſſerit.
Domus columnas æſtimato maſculos.
Docet peregrinatio modeſtiam.
Dolori medetur una oratio.
Donec ſenectus obrepat, ſpera omnia.
Donum quodcunque probato.
Docti doctorum familiaritate gaudent.
Doctrina mortalibus non auferenda poſſeſſio.
Dona multum poſſunt.
Dos non facit fauſtum conjugium, ſed virtus.
Dulce & decorum eſt pro patria mori.
Dum felis dormit ſaliunt mures.

Dulcis

Dulcius ex ipso fonte bibuntur aquæ.
Dulce est bibere vinum, sed turpissimum fieri ebrium.
Dulce est meminisse laborum.
Dubius rerum eventus.
Dulce est paternum solum.
Dulce est otium.
Diuturnum nihil.
Durum est ea relinquere, quibus diu assueveris.
Durum illud verbum, ingenuus animus rogo.
Dura patienter ferenda sunt.
Dulce est otium bene feriatis à malis.
Durus fames magister multa perdocet.
Dum habebimus pecuniam, habebimus amicos.
Dum non licet, ut expeto, vivo ut queo.
Dæmonum esca vana gloria.
Divitiæ sunt materia superbiæ.
Deus & natura nihil faciunt frustra.
Divitias amare, parvi est animi.
Dies multa affert.
Diuturnitas magnos luctus tollit.
Deteriorum semper major pars.
Dat veniem corvis, vexat censura columbas.
Dato munere mox senescit gratia.
Domino est jucundius deservire optimo.
Deum cole, & ductu illius cuncta egeris.
Deum puto id quo alimur & subsistimus.
Damnaveris nullum causa non cognita.
Decet peregrinum in primis modestia.
Deum latere ne putes perjuria.
Dormire quiddam habet mortis mysterii.
Ducit ad lucem veritatem tempus.
Deo simillimus, qui sese vincit.

Efcu-

Efeminatorum etiam oratio effeminata.
Ementitum consilium non ledit.
Est malum docta lingua pestilens.
Egestatem adfert manus ociosa.
Ex voluptate fit infelicitas.
Exercitatio optimus est magister.
Ætate prudentiores reddimur.
E squilla non nascitur rosa.
E cantu dinoscitur avis.
Ebrietas dementat.
Errando discitur.
Exercitatio potest omnia.
Ex aspectu nascitur amor.
Eruditiores efficimur omnes damno.
Ex convictu oritur amor mutuus.
Extrema gaudii luctus occupat.
Ebrietas abditissima pectoris profert.
Eundem laudare & reprehendere, hominis est mali,
Ætatis insolentia longa rerum usu mitigatur.
Ægroto dum anima est, spes est.
Extrema sors malorum est amator senex.
Ex vitio alterius sapiens emendat suum.
Et semel emissum volat irrevocabile verbum.
Expers doloris nulli vita vivitur.
Ærumna morbos adjicit mortalibus.
Etiam senem studium apprime decet frequens.
Eum qui irascitur blanda oratione placare convenit.
Ex aliorum erratis ipsi cautiores efficiamur.
Fit puer omni bestia intractabilior.
Est miserorũ, ut male sint volẽtes, atq; invideant bonis.
Esurientibus amara est Venus.
Ebrietas nihil cõsulte, neq; moderate vel dicit, vel facit.

Et meum

Et meum telum cuspidem habet acuminatam.
Et mihi sunt vires, & mea tela nocent.
Æqualitas haud parit bellum.
Ex minimis initiis maxima.
Exiguum malum ingens bonum.
Ex alterius modo sumamus exemplum.
Equalis æqualem delectat.
Etenim improbo vir est voluptati improbus.
Ex æqualibus uxor ducunda est.
Exilium homini est illic ubi parum commode vivit.
Eximia est virtus præstare silentia rebus.
Ebrietas magistra est libidinis.
Errare commune est mortalibus.
Ædes suas servasse, uxoris est bonæ.
Est omnium simul consumptrix fœmina.
Est emori nobis commune debitum.
Est undiq; deus, videt quoq; omnia.
Errata ipsi nostra non agnoscimus.
Æquum eligas habere, nimium non ave.
Est semper optimum quod & turpissimum.
Ætatis est longa multæ & calamitas.
Et res simul tempore intereunt & memoria.
Ebrietatis comes oblivio.
Esto strenuus re ipsa, non verbis.
Ensis vulnerat corpus, sed animam oratio.
Ex præteritis futura collige.
Æqualitas in omni vita præclara est.
Ex musis bona laus oritur hominibus.
Errores magni raro nisi ex magnis ingeniis prodiere.
Exilium multos honestavit.
Errare cujusvis, perseverare in errore insipientis.
Eventorum causæ magis movent quam ipsa eventa.

Ægestas

Ægestas sæpe animum ad consilia mala deflectit atque traducit.
Elatio animi atque arrogantia vitanda est.
Est longe preciosissima possessio fama honesta.
Experimento nihil certius.
Ex nihilo nihil fit.

F.

Fame nihil miserius.
Fames cibi condimentum est, potionis sitis.
Fortes fortuna adjuvat.
Fortis est falsam infamiam contemnere.
Forti viro detrahi non potest.
Frons est animi janua.
Frugi homo omnia recte facit.
Fatuus stulta loquitur.
Filii plerunque patribus deteriores.
Fortis animi est, non perturbari in rebus adversis.
Felicitas multos habet cognatos.
Flagitiorum turpis exitus.
Felicium multi cognati.
Felicitas incitat inimicitias.
Felix qui nihil debet.
Fortuna in omni re dominatur.
Fortuna aliis dat, aliis aufert.
Felicitatis comes invidia.
Fallere alios malum est.
Fortuna simillima vento est.
Felix amicus est deorum spectaculum.
Facilius quis consulit aliis, quàm sibi.
Fortunæ incommoda nihil movent sapientem.
Festinationis comites sunt error & pœnitentia.
Feliciter sapit, qui alieno periculo sapit.
Firmum nihil in vita videtur.
Fugax est ætas, & vitrea res valetudo.

Facile placatur, qui volens irascitur.
Futurorum nulla certa cognitio.
Facile fustem invenient, qui cupit cædere canem.
Fortunatus multos habet amicos.
Fortuna hunc locupletat, illum redigit ad inopiam.
Facile evolat verbum, tamen nunquam redit.
Fames optimus coquus.
Fames est magistra artium complurium.
Fœmina est imperiosum animal.
Fœmina nihil est pestilentius.
Fœminæ propria superbia est.
Fœminæ præsentia multis nocens est.
Florida senectus simillima est adolescentiæ.
Fortuna humana fingit aratque, ut lubet.
Fortuna reddit insolentes.
Fortuna prospera dum blanditur perdit.
Fortuna omnia rotat ad libitum.
Fratrum inter se iræ sunt acerbissimæ.
Fortissimum est, iram suam vincere.
Fucatis hominibus in convictu nihil est pestilentius.
Fama divitiis hæreditas honestior.
Fama omnia in majus extollit.
Famæ fulgor abscondi non potest.
Facere nos mala multa, necessitas cogit.
Frugem bonam mores decori proferunt.
Felix eris nactus locupletem conjugem.
Felicibus jam nemo non cognatus est.
Facile egerit cuncta afferens opem Deus.
Fœdo quæstui mulier erit calamitas comes.
Felix qui fovet filium bene moratum.
Fies malus malorum contubernio.
Ferenda erit utcunque sors mortalibus.
Fertilior seges est alieno semper in arvo.

Felicissimus, cui nihil contigerit in vita mali.
Felix eris, si sapies recte in omnibus.
Felix haberi vis, labor adsit improbus.
Ferendi cõsuetudo quicquid acciderit facilius tolerat.
Felix ac beata civitas, in qua non audiuntur hæc verba, meum, & non meum.
Factum stultus cognoscit.
Felix quicunq; dolore alterius disces posse carere tuo.
Faber compedes quas fecit ipse gestet.
Flagellum ipse paravit, quo vapularet.
Friget studium literarum sine socio.
Facile est absentium vincere, qui non repugnat.
Fortior est unio quam sectio, quæ est imbecillis.
Frustra sapit, qui sibi non sapit.
Ferocicæ tendunt ad inania nunquam horrea.
Facilius memorantur semel visa, quam septies audita.
Facile lætitia mundi vertitur in mœrorem.
Fortiter malum qui patitur, post potitur bono.
Feras quod lædit, ut quod prodest perferas.
Facile est convicüs altercari, verum re vincere difficile.
Fur furem agnoscit, & lupum lupus.
Ferocitas sedatur lenitate.
Felix cui quod habet satis est.
Finis miseriæ mors est.
Facilis lapsus est in vicia.
Firmum nihil in vita videtur.
Frenum impone ubique linguæ.
Futili nihil credendum.
Fugienda est morositas & incivilitas.
Fugiendum est malorum commercium.
Facies non raro fallit.

G.

Gaudium dolori junctum.

Garru-

Garrulitas stultitiae & mendacii argumentum.
Graviora quae videntur, quam quae audiuntur.
Gravis est culpa tacenda loqui.
Gravius malum est, quoties calamitati conjungitur odium.
Gens divitum plerumque ocio desipit.
Gravis est senectus cum pertulisse & inopiam.
Gratiam adfert gratia.
Gallus in suo sterquilinio plurimum potest.
Generosus animus rectius ducatur quam trahatur.
Generosioris arboris statim planta cum fructu est.
Gratior est pulchro veniens è corpore virtus.

H.

Homine nil miserius.
Honores mutant mores.
Honos alit artes.
Homo bulla est.
Hostem beneficiis vincere, optima ultio est.
Homo sibi ipsi calamitatum autor.
Homo non potest esse sui judex aequus & incorruptus.
Homini dolor naturae est maximus fames.
Humilis fortuna tutior est, quam excelsa.
Humilis fortuna non est minus malis obnoxia.
Homini plura ex homine mala.
Homines ad malum proclives.
Homines magis ad vitia, quã ad virtutem proni sunt.
Homines curant supervacua, & negligunt necessaria.
Homo fusca & ambigua merx est.
Homini diligenti, semper aliquid superest.
Hominum mentes variae.
Hereditas famae, quàm divitiarum honestior.
Hostium munera non sunt munera.
Hominis figura oratione cognoscitur.
Humani animi difficilis est conjectura.

Honor & dignitas quales viri sint declarant.
Hostimentum est opera pro pecunia.
Homines frugi omnia recte faciunt.
Habent rosæ suum tempus, sed perbreve.
Haud quaquam fieri potis est, ut pervigil usq; mortalis
Homo avarus quicquid agit properat omnia. (duret.
Habent & suam profunditatem tranquillæ aquæ.
Heu quam difficile est crimen non prodere vultu?
Habent hunc fine assiduæ quærele, quod quæri pudet.
Humani casus ancipites.
Homo umbræ somnium.
Humanarum rerum vicissitudo.
Heri probitas familiam eorum reddit meliorem.
Humile vitæ genus tutissimum.

I.

Insipiente fortunato intolerabilius nihil.
Inter socrum & nurum vetus est bellum.
Ira prohibenda est in puniendo.
Irati nihil recte faciunt.
Justicia omni re gerenda necessaria.
Infelix litium exitus.
In levioribus erratis sufficit secreta correptio.
Incertus est rerum exitus.
Inter fratres rara concordia.
Ignavis semper feriæ sunt.
Inconsulti facile ruunt.
Inimica consilio iracundia.
Jucundum est quod varium.
Inter amicos omnia sunt communia.
Jactantiæ comes invidia.
Ipsa senectus morbus est.
Ingratitudo viciorum omnium caput.
In omni re opus est animo.

In ad-

In adversis amicus probatur.
In omni re varietas delectat.
Invidia ex opulentia orta est.
Incertus est exitus contentionis.
In consensu populi floret regnum.
Imperia comparantur benevolentia.
In discrimine apparet qui vir.
Inter arma silent leges.
Impatientia res cunctas exasperat.
Impetus cuncta male ministrat.
Improbo convictu nihil perniciosius.
Infima fortuna tutissima est.
In vita varii fortunæ casus.
In malis bonorum memoria consolatur.
Inimicum quamvis humilem docti est metuere.
Inæqualitas discordiarum mater.
Insperata accidunt magis sæpe quàm quæ speres.
Ingenia præclara æmulis nunquam caruerunt.
Jugum qui fert volens, leve efficit.
In numeris laboribus honos constat.
Ipsa dies quandoque parens, quandoq; noverca.
Infelicitatem absconde, ne inimicos reddas lætos.
Ingentes opes non parantur sine fraude.
Juventus talis res est, qualis flos.
Inopia & generosos facit ignobiles.
Ingratitudo omnia vitia in se complectitur.
Ira non sedatur iracundia.
Iniquitas morum naturam planè inficit.
Incommoditas semper comes est commoditatum.
Ira tormentum sui ipsius.
In aliena vicia natura sumus oculati, in nostra cœci.
In mundo nil nisi ærumnæ & calamitates.
In nocte consultare cordati est viri.

Jucunde vivere, id ſolum eſt vivere.
Ingratus eſt beneficii parum memor.
Juvat ſeniorum amare conſuetudinem.
Juvenum cœtui ſenex homo eſt moleſtus.
Iram mox remittere benigni eſt patris.
Juſti viri fructus bonus non interit.
Juvat bene omnes vivere, at non poſſumus.
Iræ potiſſimum ſermo medebitur.
In comitate parva non eſt gratia.
Juvenem decet tacere non loqui.
Juvenis ſenes audire cura ſedulo.
Jurare quanquam juſte poſſis, effuge.
Iræ imperans, vitam vives validiſſimam.
Iræ amantium brevi valent momento.
Iratus ipſe tuto rebus nunquam conſulet.
Jusjurandum fugito, etiam ſi juſte juraveris.
Jucundius nil quam opibus dominari.
Incumbere vanis ubiq; eſt languidum.
Incomprehenſibilis res eſt improbitas.
In precio omnia ſunt præter quam mali mores.
In perniciem lingua egit multo plurimos.
Iniquum amicos præter cauſam offendere.
Inter duos amicos vive ſuaviter.
Juſtum virum nil præter tempus judicat.
Impotus ſæpe dat conſilia.
In malis rebus opus eſt bono conſilio.
Indignentia è ſegnitie naſcitur.
In lucris oportet modum ſectari.
Incitamenta libidinis ſunt vina.
Ingenium extinguit luxus immodicus.
Induſtriam adjuvat deus.
Ingens rerum neceſſitas.
Inſultus fortunæ nihil poteſt in ſapientem.

Ira omnium tardissime senescit.
Ira amantium parvum durat tempus.
Ingens thesaurus bonus amicus & dulcis.
In rebus adversis amicus noscitur.
Jucunda consuetudo cum amicis.
Infamia hominum immortalis est.
Ingratus homine nullum est animal.
In periculoso negotio non est dormitandum.
In omnibus negotiis excessus & defectus est fugiẽdus.
Infida semper est societas.
Incommoda hilaritate condienda.
Invisus est omnibus, qui aliud celat animo, aliud loquitur.
Immodicæ laudes sunt suspectæ etiã hominũ judicio.
Invidere aliis bene esse, tibi male esse, miserum est.
Illi quibus invidetur rem habent.
Improbus est, qui beneficium scit sumere, & reddere nescit.
Indigna digna habenda sunt, herus quæ facit.
In re mala animo bono si utare adjuvat.
Inter amicos decet omnia boni consulere.
Instrumenta luxuriæ tympana & tripudia.
Ita est animus humanus, ut quando velis, nolit, quando nolis, velit.
Improba lingua nihil est perniciosius.
Incommodorum novitas gravius pervertit.
Inopinata mala graviora sunt.
Impossibilia sibi optare, delirantis est.
Immensum gloria calcar habet.
Jucundum est quod varium.
Inutilis est pudor, quum urget necessitas.
Incertum est, quid sit futurum.
Invidia suum torquet autorem.
Juventutis flos non est negligendus.
Justitia & æquitas omni adhibenda negotio.

Infrenis

Infrenis oris & iniquæ vecordiæ finis calamitas.
Juvenis noli senem provocare.
Incidit in foveam quam fecit.
Ipse sibi mali fontem reperit.
Imperiti quicquid abs te placet, id damnant.
In suo quisque regno fortior est, & animosior.
Invendibili merce oportet ultro emptorem adducere.
Juppiter emendatur opes mortalibus ipse.
In consiliando cunctatio tutior est, q̃ periculosa cele-
Ignis, mare, mulier, tria mala. (ritas.
Jucunda taciturnitas, & omni molestia carens.
Impetus cuncta male ministrat.
In adversis animus probatur.
In convivio convenit pauca loqui.
Juvenum mores sæpe in dies variæq; mutantur.
Immunitas mala parit securitas.
In neglecto domicilio negligens inquilinus habitat.
Invita Minerva frustra sudat præceptor.
Iteratum facinus non oportet impunitum esse.
Ingenia prava vertere, haud proclive est.
Ingenium mala sæpe movent.
Invidia diutius abesse domo, relictis possessionibus.
In auro probatur [illegible] & in [illegible] ingenium
Ingens rerum novitas. (probatur.
Inter [illegible] fuerit, si quis officium collocet in amicũ.
Juvare amicum [illegible] decet.
Judicat animos tempus, ut aurum ignis.
Ipse cujusmodi sit, factis ipsis declarat.
Ipse sibimet tibicen est.
Ipse semet canit.
Incognitum non amatur.
Idem regnum non fert duos tyrannos.
Idem munus non fert duos ambitiosos.

Lactan-

Lactantiæ comes invidia.
Invidia comes eſt felicitatis.
Inæqualitas diſſidiorum eſt mater.
Jucundi acti labores.
Jucundum eſt præclaris viris meminiſſe laborum.
Infeliciſſimum, incertis vagari ſedibus.
Invalida pugna eſt unicæ tantum manus.
Intempeſtivus riſus inſanię aut ſtulticię argumentū eſt
In nihil ſapiendo jucundiſſima vita.
In multa ſapientia multa indignatio.
In ſene apparet cujuſmodi fuerit juvenis.
In periculoſo negocio non eſt dormitandum.
In malis non lamentis, ſed auxiliis utendum.
In vino veritas.
Inſignis gloria non niſi magnis periculis contingit.
Ingratum eſt beneficium, quod diu inter manus dantis
Inexplebilis eſt mendicitas. (hæſit.
Inanium inania conſilia.
Ignem igni ne addas.
Ignis non extinguitur igni.
Ira non ſedatur iracundia.
Injuria beneficio vincitur.
Jucunda viciſſitudo rerum.
In neceſſitatibus omnis ſenex eſt juvenis.
Invidus alterius rebus marceſcit opimis.
Inopia multarum rerum expertrix eſt.
In magnis rebus difficillimum poſſe placere omnibus.
Is miſer eſt, qui ærumnam ſuam nequit occultare.
Ipſe ſibi nocet is, alium qui lædere quærit.
Inconſtantia faſtidit amicos.
In animo virtus eſt, aut vicium.
Iram compeſcere arduum.
Id cuique voluptati eſt, cujus dicitur amator.

Iucundum est hominibus affici honore.
Iucundissimum est, si quis est dominus suarum rerum.
In lucris oportet modum sectari.
Improba convictu nihil perniciosius.
In animis laboriosorum habitant Musæ.
Inter veros amicos nihil veritate iucundius.

L

Labor est thesaurus hominibus.
Literæ animi tranquillitatem adimere solent.
Liberis nocet potare vinum.
Litem parit lis.
Libido ingluviei est comes.
Largitio non habet fundum.
Labor gloriæ pater.
Longior vita [illegible] plurima incommoda affert.
Labor multos extulit, sopor nullum.
Libertas adolescentium ingenia aperit.
Luxuriæ gurges insatiabilis est.
Laudatur non qui diu, sed qui bene vixit.
Lucella parva damna majora afferunt.
Livore fœminæ omnis conflagrat domus.
Lucrum malignum ne velis sectarier.
Lucrum malum damnum semper fert.
Lucrum [illegible], quod ex iusta causa obvenerit.
Leve est [illegible] ferre mala, grave est.
Latere nullus ingenium potest diu.
Laudare eundem & execrare est improbi.
Labore omnia florent.
Laudari a bonis, sapiens gaudet.
Languet poetarum ingenium, ni vino concalescet.
Labores levandi otio & lusibus.
Lædit hominem animus in iram ruens.
Levis iniuria a magno & excelso animo negligitur.

Lupus

Lupus est homo homini non homo.
Loco ignominiæ est apud indignum dignitas.
Levius ferunt, quorum malis ingemiscunt cæteri.
Luxu corporis hebetescit mentis acies.
Luxus immodicus extinguit ingenium.
Labor virtutis gloriam accipit.
Levis est fortuna, cito reposcit quæ dedit.
Laudabilior in rege prudentia, quàm fortitudo.
Labor vincit omnia improbus.
Laudes & blanditiæ inimicorum veræ sunt cōtumeliæ.
Leges urbium conservandæ sunt, non violandæ.
Levium & volatilium verborum gravissima pœna est.
Læta omnia raro sine infelici re aliqua eveniunt.
Laudo quum malum amici tuum ducis malum.
Lubentius oculatis quàm auritis testibus creditur.
Leges superiores sunt regibus.
Leges sepes & pharmacum.
Leges pharmaco comparantur.
Lupus pilum mutat, non mentem.
Lignum tortum haud unquam rectum.
Latranti stomacho omnis mora bilem movet.
Lucri bonus est odor ex re qualibet.
Leni ingenio præditi homines minime iracundi.
Luxuriant animi rebus plerunq; secundis.
Labor tum ad sanitatem, tum ad omnia utilis.
Loquacitas senectuti familiaris.
Largitur & bono deus viro bona.
Latere pœnas non intelligit improbus.
Leniter ferre oportet, si quid accidet.
Labores contemnendo tolerabiles sunt.
Laude trahimur omnes.
Laus merces virtutis.
Leges inter arma silent.

Libera-

Liberalitas optima conciliatrix animorum.
Liberalem oportet eſſe, ſed pro facultate.
Libertate nihil dulcius.
Luxuria tum omni ætati, tum ſenectuti fœdiſſima eſt.
Luxuries avaritiæ mater.
Lædens me amicus nihil differt ab hoſtibus.
Lucrum niſi eſſet, nemo malus eſſet.
Licet conſiliorum interdum rationes commutare.
Libenter feras quod neceſſe eſt.
Laudanda vel potius amanda vicinitas.
Longior vita diuturna calamitas.

M.

Malorum ſuorum homo ſibi cauſa.
Minerva invita nihil tentandum.
Munera corrumpunt magiſtratus.
Mediocritas optima.
Modus optimus.
Mulierem ornat ſilentium.
Miſerrimum fame mori.
Mala herba non perit.
Morbum augere ſolet mœror.
Malum vas non facile frangitur.
Mens eſt præſaga futuri.
Male partum dilabitur.
Multa petentibus deſunt multa.
Malus ſimilem quærit.
Multis malorum cauſa præſumptio eſt.
Matrona proba præſens eſt ſalus vitæ.
Mulieris eſt primum decus ſilentium.
Mulier viris affert victus penuriam.
Matrona frugi paſſim non eſt obvia.
Mulier domus ſalus eſt & calamitas.
Mulieri ne credas, ne mortuæ quidem.

Mulier

Mulier mala cunctis feris eſt ferocior.
Mulier viris tempeſtas eſt domeſtica.
Mulier mala & leæna par eſt ferocitas.
Mortales pudore & jactura doctiores evadunt.
Multi ſunt potus & cibi ſodales.
Mulier in ædibus asra tempeſtas eſt viro.
Modo faveat fortuna, eſt dulce vivere.
Medicus loquax alter languendi morbus eſt.
Malum lucrum æquale diſpendio.
Miſerrimum mortis genus fame mori.
Multos male gratos reddit indigentia.
Mollius fit, quod ſuo tempore geritur.
Mage vivam honeſte parvo, quàm male ſplendide.
Malim eſſe bonus informis, quàm pulcher improbus.
Mores bonos colloquia prava diruunt.
Majora perdis parva ni retinueris.
Malorum amicorum malignus fructus eſt.
Multa eveniunt homini quæ vult, quæ non vult.
Multis ictibus dejicitur quercus.
Mavelim mihi inimicos invidere quàm me inimicis (meis.
Malo ſi quid benefacias, id beneficium interit.
Modus omnibus in rebus optimus eſt habitu.
Multa præter ſpem multis bona evenerunt.
Magnæ divitiæ ſunt, eſſe inopem malorum.
Moroſi nihil candide interpretantur.
Malo in conſilio fœminæ vincunt viros.
Malum conſilium eſt, quod mutari non poteſt.
Malum conſilium conſultori peſſimum.
Multi [illegible] bonum, quo[illegible]ent.
Mulier pudica ne ſola ſit uſquam.
Mortalibus nihil charius pecunia.
Malum lucrum cauſa eſt miſeriæ.
Miſeri riſu etiam riſu offenduntur.

Miſeros

Miseros non decent convivia.
Multa docet fames.
Muliere nil est pejus, ne bona quidem.
Mulier nil potest, nisi quod vult.
Mors omni ætati communis est.
Molestus interpellator venter.
Mentis habitum sermonis cultus solet indicare.
Musicam docet amor.
Mane quod inceperis negotium agere, id totum pro-
Munerum animus optimus. (cedit diem.
Muneribus vel dii capiuntur.
Munera capiunt hominesq;, deosq;.
Munera flectunt reges, deosque.
Multum refert, quo animo quid donatur, & à quo.
Malis nodis malus cuneus debetur.
Malo accepto stultus sapit.
Multo consultius est, alienis malis prudentiorē reddi.
Male respondent coacta ingenia.
Malum bene conditum ne moveris.
Multi te oderint, si teipsum amas.
Multis displiceat oportet, qui sibi nimium placet.
Multos sæpe consilii sui pœnituit.
Mendico ne parentes quidem amici sunt.
Multo præstat, medicari initia quàm finem.
Malus præceptor vitiat discipulum.
Mutua defensio tutissima.
Mores bonos convictus inficit improbus.
Mala omnia in discordia & dissensione sita sunt.
Major pars hominum expectando moritur.
Mala tunc sunt periculosissima, cum delectant.
Mollities omnes voluptati.
Modestus sensus in medio consistit.
Mortalibus nihil tutum.

Male

Malis displicere laudare est.
Malo verbis offendere, quàm placere adulando.
Miseri felicibus invidere solent.
Mutant vestes cum regiones, tum tempora.
Miseriæ nulla alia re melius ferri possunt, quàm animi æquitate.
Maxima pars hominum formidine fustis à male factis temperat.
Metue senectam, non enim sola advenit.
Multa mortalibus præter animi sententiam eveniunt.
Mortalem necesse est tolerare fata numinum.
Mores amici noveris, non oderis.
Miseratio comes est calamitatis.
Multos perdidit lingua.
Magnorum fluminum navigabiles fontes.
Magistratum gerens audi & juste & injuste.
Multæ manus onus levius reddunt.
Maritis ad quædam uxorum errata connivendum.
Mentiuntur multa cantores.
Mendacem memorem esse oportet.
Mendicorum loculus semper inanes.
Maxima difficultatis pars in aggrediundo negotio sita est.
Malus cum malo colliquescit voluptate.
Magna inter molles concordia.
Mores hominum regioni respondent.
Malum malo non tollitur.
Malum patientia tollitur.
Magis valent consilia natu grandium.
Mature fies senex, si diu velis esse senex.
Mala senium accelerant.
Mala ultro adsunt vel invocata.
Multo facilius fertur malum, quod nobis est cum omnibus, aut cum multis commune.

Mag-

Magis dolent incommoda, quibus ipsi dedimus occasionem.
Multum refert sic vel sic à juventute assuescere.
Mors est ultima linea rerum.
Mulieris dos est pudicitia.
Malorum felicitas non est diuturna.
Majora viribus ne tenta.
Mulierem ornat silentium.
Mendici pera non impletur.
Mortalibus nihil tutum est.
Male partum, male disperit.
Mutuis officiis constat amicitia.
Mors omnia sternit.
Manifestis non est repugnandum.
Mansuetudine placantur animi hominum.
Multum merum paucis cogit sapere.
Mortalium nemo est felix.
Multum refert, quo animo quid donetur.
Malum indies gliscens fit immedicabile.
Medetur aliis ipse ulceribus scatens.
Memoria thesaurus artium.
Mortalia omnia mutationes multas habent.
Magnæ res discordia pereunt, concordia valent.
Multa audere multa peccare facit.
Mendacium odit omnis sapiens & bonus.
Multa mala affert [illegible] vitium.
Multa cura summo imperio inest.
Male meretur de immerente injurius est.
Mortalia omnia mutationes multas habent.
Malum non alio malo, sed bono pellitur.
Mors [illegible] minime metuendum.
Multo acerbius est videre, quam audire.
Melius [illegible].

Non

Non uni dat cuncta Deus.
Natura appetit ſibi ſimile.
Natura nihil ſolitarium amat.
Nihil noſtrum eſt, quod auferri poteſt.
Nulla diſcordia, ubi idem eſt animus.
Ne commertium habeas cum improbis.
Ne mendacem ſermonem protuleris.
Ne quid facias præter jus & æquum.
Ne fueris ſollicitus in diem craſtinum.
Ne curis tuum ipſius animum excrucies.
Ne vulgi ſequaris errores.
Nullum gratum ſuperis, quod non purum, purgatumq; ſit.
Nemo recte dominum agit, qui non ante miniſtrum geſſerit.
Nihil eſt amicitia divinius.
Non emo tanti pœnitere.
Ne moveris malum bene conditum.
Nullum eſt adverſus calumniatoris morſum remediũ.
Nihil turpius, quam cum famulis bellum gerere.
Nihil aſſuetudine majus.
Nihil peſtilentius malo conſultore.
Nullus mortalium abſolute bonus eſt.
Natura paucis contenta eſt.
Non refert quam diu vixeris, ſed quam bene.
Nullam nobis natura patriam dedit.
Nuſquam tuta fides.
Nihil eſt fugacius tempore.
Nemo niſi ſervit ſuis commodis.
Nemo eſt hominum, in quo non aliquid vitii ineſt.
Non eſt beneficium, quod in quæſtum mittitur.
Non placet quem ſcurræ laudant.

Nusquam quiete vivere licet.
Novit paucos securos quies.
Non est cessandum unquam in hac vita.
Naturæ necessitas exiguo placatur.
Nihil efficacius simplici veritate.
Negociosa res est litigare.
Nemo sibi nascitur.
Nemo nascitur ocio.
Neutiquam in alio culpandum est, quod ipse prius admiseris.
Non parum lucri facit, qui damnum effugit.
Nulla voluptas tanta est, quæ non assiduitate sui fastidium pariat.
Nemo est, qui nihil diligentia & labore sit consecutus.
Nisi habueris pecunias, nec nobilitas, nec scientia, aut virtus proderit.
Nusquam gentium delitiæ sunt optabiliores quàm domi.
Nulla virtus tam laudata est, quæ non vituperatores inveniat.
Nihil vulgatius est quàm fastidire propriam sortem & splendidiorem cupere.
Nemo tam divos habuit faventes, crastinum ut possit sibi polliceri.
Nemo læditur nisi à seipso.
Non est humanum, ut semper exactam præstet diligentiam.
Nullum regnum potest consistere, si intestinis dissidiis secum pugnet.
Non erit socius gaudii, qui recusat esse socius doloris.
Non erit consors gaudii, qui nunc recusat particeps esse laboris.
Nihil tam nos decet, quàm mœrenti vel humanitatem exhibere, vel opem ferre.

Nulla

Nulla est capitalior pestis, quam domesticus & fucatus amicus.
Nihil est quod tentando vestigandoq; summis ingeniis aliquando non innotescat.
Non peccat in re cujus est quis nescius.
Necessitati cuncta mox inserviunt.
Necessitas teriis caret.
Necessitas frangit ferrum.
Ne disce turpitudinem, neu admiseris.
Nemo unus usquam vivit ex sententia.
Nocet temeritas multum mortalibus
Non consule improbis, magis vero bonis.
Non fœminam aurum exornat, sed boni mores.
Ne fœminæ vitam tuam commiseris.
Natura non dedit imperare fœminis.
Nil præter id quod glisat, novit fœmina.
Nunquam ex malo patre bonus filius.
Non suscipiendum negotium temere.
Natura non sinit præesse fœminam.
Natura in hoc finxit fœminam, non ut imperet, sed ut pareat.
Nolim ministrum, qui sit hero doctior.
Noli misero insultare, sors communis est.
Nemo unus agit omnino vitam prospere.
Nihil est ab omni parte beatum.
Nocet voluptas multum intempestivior.
Ne quenquam punito, rem nisi expenderis
Nemo futuris recte consultaverit.
Nil pejus mœrore in rebus mortalium.
Nullum novercæ est alterum gravius malum.
Noli peregrinos videre fugere inopes.
Nullum feres paupertatis molem acerbius.
Ne cuncta semper vero credas omnibus.

Nunquam repente vir bonus ditatus est.
Ne studeas male facere confisus opibus tuis.
Nihil est tam grave, quàm paupertas.
Ne festina ditescere, ne pauper fias statim.
Naturam iniquitas morum plane inficit.
Nihil virum cave unquam amicum feceris.
Nil preciosius fuerit silentio.
Nihil potest in vita firmum viderier.
Non consilium agit, at sors res mortalium.
Nullus emptor difficilis bonum edit obsonium.
Ne majora viribus suscipias.
Nil sanitate est in vita præstantius.
Nemo unus est, qui sese haud quaquam diligit.
Nulla est amicorum melior possessio.
Ne temne amicum infelicem ira percitus.
Nemo ulli major amicus, quàm quisque est sibi.
Non convenit sapiens omni negotio.
Ne quicquam agas temere, est conducibile undique.
Natura largitur cuncta, & eadem accipit.
Natura disciplinis est longe præstantior.
Non officit bonis convicium moribus.
Nihil est rerum omnium, quod arte industriaque non efficiatur.
Non vigent artes, ubi nulla sunt artibus constituta præmia.
Nihil famæ levius.
Nemo est tam malus, qui non velit salvam famam suam.
Non suscipiendum negotium temere.
Nemo sic diligenter aliena ut sua curat negotia.
Negocium seritur ex negocio.
Nihil est calamitosius homine.
Nihil vulgarius quàm fallere homines.
Nullum animal, nulla merx difficilior cognitu quam homo.

Nihil

Nihil dulcius amico monitore.
Nihil poſſidenti nemo amicus ne parens quidem.
Nihil eſt quod amore effici non poſſit.
Nullus dormiens eſt alicujus rei.
Nihil eſt in rebus humanis ſtabile.
Non vivendum ut edas, ſed edendum ut vivas,
Nihil eſt abſurdius divite avaro.
Nota morum & index tempus eſt mortalibus.
Nihil mali eſt, quod non ſecum afferat ætas longa.
Nulla vitæ ætas præceptis carere debet.
Non ætate, verum ingenio adipiſcitur ſapientia.
Neceſſitati nihil repugnat.
Nihil non producit ad exitum induſtria & pertinax ſtudium.
Nihil tam recte, tam bene dicitur, quod non poſſit malum ingenium calumniari.
Nullum eſt ingenium tam ferum, quod non aliqua ratione queat expugnari.
Non prodest tibi ingenii felicitas, niſi exercueris.
Nihil eſt turpius ſene libidinoſo.
Non facile ſenem dedocueris vitia, quę puer imbiberit.
Non eſt facile ſenibus & experientia doctis imponere.
Nullum imperium in terris juſtius eſt quàm patris.
Nihil averſatur extrema fames ac neceſſitas.
Non omne lucrum eſt homini utile.
Neſcis quid aſper utile numus habet.
Ne conare quod fieri non poteſt.
Non eſt beatus, eſſe qui ſe neſciat.
Non decet principem ſolidam dormire noctem.
Non eſt locus precibus apud inexorabilem.
Nemo eſt cui ſui mala non videantur vel optima.
Negatur eſſe felix, qui ſuam non norit felicitatem.

Non expectant alienum præconium, quæ vere sunt præclara.
Nocet, non juvat, qui largitur noxia.
Non adest hilaritas, cum deest vinum.
Nunquam efficies, ut recte ingrediantur cancri.
Nihil est tam durum, quod non emolliat assiduitas.
Nihil tam arduum, quod non efficiat assiduitas.
Negligentia semper comitem habet infelicitatem.
Non semper erit æstas.
Nulli tacuisse nocet, nocet esse locutum.
Non est ejusdem & multa oportuna dicere.
Nihil odiosius, quam quod semper idem est.
Nulla satietas rerum honestarum.
Nihil tam egregium, quod idem diu placere possit.
Nihil difficilius, quam bene imperare.
Nihil molestius, quam malis imperare.
Non abest lis, si adest uxor.
Nihil dissociabile firmum est.
Non refert quid de te alii sentiant, quid tu.
Nemo doctor spernendus est.
Naturæ suum jus eripere difficile est.
Naturæ frustra repugnatur.
Nullus est tam [illegible], qui non in aliqua re desipiat.
Natura rerum humanarum arte non vincitur.
Nihil id, ad quod pervenire non potest, [illegible] animi est.
Non omni die bene esse potest, sed illo bene, atque alio male.
Nunc pluit, & claro nunc Juppiter æthere fulget.
Non semper eidem flant venti, sed nunc hi, nunc alii.
Nihil inexpertum omitte.
Non est injuria, pati quod prius feceris.

Non

Non possibile est, ut non succedat aliquando multa ten-
Nihil solidum vel stabile in rebus humanis est. (tanti.
Nihil tam necessarium, atque bonarum legum obser-
vantia.
Nominum claritudine pueri alliciuntur.
Nulla ætas est præpropera ad discendum.
Neglectis urenda filix innascitur agris.
Nihil recte faciunt ministri, nisi adsit herus.
Nunquam rectum tortile lignum.
Non interpellandus est famelicus.
Non omnia eveniunt, quæ animo statueris.
Ne Juppiter quidem omnibus placet.
Ne divitiæ quidem à morte liberant.
Nemo cogendus amicus.
Nulli futurus est amicus, qui nihil viciorum in amico
ferre potest.
Non sunt amici, qui degunt procul.
Ne malorum memoriam revoces.

O

Omne nimium omnibus in rebus est fugiendum.
Occasio ne negligenda.
Oratio est cibus animi.
Oculis magis habenda fides quam auribus.
Ob fœminas agunt multi infeliciter.
Opibus decet præferre mores in nuptiis.
Opem fert deus, si justa gesseris.
Oppidò cruciat comes voluptatis dolor.
Ocium opere est multo preciosius.
Occasio solvit tyrannides.
[illegible] pauper potest.
[illegible]
Oratione nihil est efficacius.
Oratio [illegible]

Omnes benignos reddit similitudo.
Odi odientem, & amicum amando vincito.
Opes amicos conciliant mortalibus.
Odit sapiens vir & frugi mendacium.
Optime cogitata sæpe pessime cadunt.
Odi pauperem diviti donantem.
Omnium ætatum certus est terminus.
Omnia fert ætas.
Oportet senescentem semper aliquid addiscere.
Omne tempus Clodios, non omne Cathones fert.
Odi pecuniæ avaros.
Omnes homines malo sunt subjecti.
Omnia si perdas, famam servare memento.
Oculus domini multum prodest in rebus omnibus gerendis.
Omnia adsunt bona, quem penes est virtus.
Omnia habere nemo potest.
Operosa res est, imperare liberis.
Omnis scientia repugnare natura, vel parum, vel prorsus nihil valere judicatur.
Omnium quæ natura honesta sunt nulla est satietas.
Optima quæque difficiles habent aditus.
Opulentiæ comes est fastus, supercilium.
Ornamento est principi concordia populi.
Omnia quæ ventura sunt in incerto jacent.
Omnis res suo tempore.
Omnes ad discenda turpia sumus valde dociles.
Opes celeriter debilitantur.
Omne principium grave.
Omnibus horis nemo sapit.
Optimum aliena insania frui.
Otiosis pericula imminent.
Odium obsequio lenitur.

Omnis

Omnia suo tempore peragenda.
Omnes res facile mutantur.
Ordo in omnibus est servandus.
Oculus domini saginat æquum.
Opes optimæ sunt, si rectè utaris, pessimæ, si secus.
Omnis malitiæ radix amor sui.
Omnis homo incertus est mortis suæ.
Ocium multa docet vicia.
Optima quæque mortalium fugacissima sunt.
O fortunatos, nimium bona si sua norint.
Omnium est dulcissimum accipere.
Omnia bonis viris decent.
Omnes sibi melius esse malunt, quam alteri.
Odi puerulos precoci sapientia.
Oscitante uno, deinde oscitat & alter.
Omnia bona pace constant.
Omnia junguntur pace & amicitia.
Omnes socrus invisæ sunt nuribus, & nurus socribus.
Ocium est sentina omnium malorum.
Ocium est ingenii rubigo.
Optare vanum est, quod haberi nequit, nocuitq; habitum.
Occasio facit furem.
Omnis res properando parit errorem.
Omne malum nascens facile opprimitur.
Omne supervacuum pleno de pectore manat.
Omnia fert ætas, animum quoq;.
Omnes trahimur amore gloriæ.
Oĩ belli fructus arrogantia & blasphemia.
Omnes deteriores sumus licentia.
Optimum obsonium labor senectuti.
Omnis mora quantumvis pusilla longissima videtur.
Optimum non nasci.

Opes et pudica hominis ingenium arguunt.
[illegible] [illegible] in [illegible].
Oculi amici semper [illegible].
Omnibus Musicis nullus est respectus.
Optimum vero si quis tempus spectaverit aptum.
O[illegible] factorum est simulachrum.
Omnes infortunati maxime sunt suspicaces.
[illegible] sunt fideliores.
Omnium rerum extremum est mors.
Omnia orta occidunt, & aucta senescunt.
Orandum est, ut sit mens sana in corpore sano.
Opes arte parantur.
Otium jucundum omnibus.
Offensio aut vitanda, aut mitiganda est.
Optimum quodq; rarissimum.
Operibus strenuus sis, non verbis solum.
Omnia sunt secunda praesente fortuna.
Omnibus rectis sapientibus adest fortuna.
Oportet id quod adest boni consulere.

P.

Pudor mendico inutilis.
Paupertas laeta tuta est.
Paupertas [illegible] spoliat.
Paupertas excitat artes.
Paupertas sapientiam sortita est.
Pulchra dos est pecunia.
Pecuniae obediunt omnia.
[illegible] diligitur.
Propensi ad iram sunt senes.
Patrem sequitur sua proles.
Pauperem faciunt [illegible] convivia.
Paupertas contemptum etiam generosum reddit.
Pauperum mors est sine strepitu.

Paupe-

Pauperum sententiæ sunt vanæ.
Pace concordia, res sunt populo gratius.
Patienter ferenda quæ mutari non possunt.
Paupertas nec illos amicos habet, quos natura conjun-(xit.
Patrum mores non sunt arguendi, sed ferendi.
Præstantiores sunt senum sententiæ.
Præcocia ingenia cito deficiunt.
Pravum ingenium institutione ad bonam frugem potest demutari.
Pergrave onus est senectus mortalibus.
Pauci in rebus secundis moderati sunt.
Pessimus autor rerum gerendarum ira.
Parva sunt foris arma, nisi est consilium domi.
Post mala prudentior.
Parvi dicitur probitas.
Paupertas ingeniosa est.
Patria sua cuiq; jucundissima est.
Plurimum malorum causa est lingua.
Plurium casibus venit.
Post factum plerumq; magis sapimus
Publica concordia nihil utilius.
Pecunia imperat omnia.
Præceps consilium inauspicatum.
Pruriunt cornua arietibus bene pastis.
Patria nihil dulcius.
Præclara rara omnia.
Parum valent egentium sententiæ.
Parsimonia & labore crescunt res.
Prudentis est multa dissimulare.
Pessimi sunt consultores ira cupido.
Præstat invidiosum esse, quam miserabilem.
Plurima sunt cognoscenda, sed optima retinenda.
Piscator suo malo doctus cavit in posterum.

Præcep

Præceps ira multorum malorum autor.
Pueri a vitiis arcendi, dum adhuc tenera eſt ætas.
Pharmaca naſcenti ſunt adhibenda malo.
Pulchritudo corporis fragile bonum eſt.
Patere legem quam ipſe tuleris.
Protinus apparet, quæ plantæ frugiferæ ſint.
Parva ſcintilla contempta maximum excitavit incendium.
Perpauci ſunt, quibus contigit ſimul felices eſſe, & ſapere.
Præſtantiſſimarum rerum ſumma raritas eſt.
Prudentis eſt, nihil temere agere.
Pares cum paribus facile congregantur.
Proba merx facile emptorem repperit.
Præterita repræhendi poſſunt, corrigi non poſſunt.
Plures vincuntur æqualitate, quam durius.
Pauci in rebus ſecundis moderati ſunt.
Plane dies mores probat mortalium.
Peccare denuo haud prudentis eſt viri.
Poſt munus illico conſeneſcit gratia.
Prudentis & conſulta ſunt prudentia.
Profecto res eſt ſacra conſultatio.
Præſens mulier calamitas eſt undique.
Puella non docta erit modeſtior.
Pulchrum eſt modum cujuſque ſcire temporis.
Præſtat mori, quàm fœdam vitam vivere.
Pœnas nemo evadet mortalium.
Placidis dictis dolor recte curabitur.
Ponere modum iræ & voluptati, bonum eſt.
Prolem creaſſe, amoris arctum eſt vinculum.
Præſtat egere, quàm ex ſcelere diteſcere.
Præſtat tacere, quàm loqui inſolentia.
Pergratum eſt honore, [illegible].

Periculo

Periculo alieno ipse evasi cautior.
Præcox ingenium compluribus est odiosum.
Producere in lucem verum dies solet.
Pluris est oculatus testis unus, quam auriti decem.
Probus est, quem non pœnitet quam probus sit.
Pudere neminem oportet, ubi comedendum est.
Plus necat lingua quam gladius.
Perturbato cordi nihil est jucundum.
Pinguis venter non gignit sensum tenuem.
Patriæ fumus igni alieno luculentior.
Patriæ fumus luculentior hominibus videtur, quam ignis alibi.
Plus audet quisq; domi, quam foris.
Pluribus unus resistere ac sufficere non potest.
Plerisque fuit sua taciturnitas commodo.
Permagni refert, quibus cum victites.
Pax hominibus maximum est bonum.
Plus vident oculi, quam oculus.
Probis ab animis facta promanant proba.
Plus ingenii est & plurimum industria.
Præfert quisq; aliquo signo, cujusmodi sit moribus.
Protinus apparet, quæ plantæ frugiferæ futuræ.
Principium dimidium totius.
Præstat uni malo obnoxium esse, quam duobus.
Patria est homini, ubicunque feliciter agit.
Placidos ac silentes homines fugito.
Parum fidei miseris est.
Pauper est, non qui parum habet, sed qui plus cupit.
Potentia nihil non expugnatur.
Perdifficile est, bonum esse.
Patiens terit omnium virtus.
Perit omne tempus, quod studiis non impertitur.
Pecuniæ supervacaneæ negotia afferunt.

Præcep-

Pulchritudo corporis fragile bonum est.
[illegible]
Præterita in curam nostram cadunt.
Pacis nomen dulce.
Parentum injuriæ ferendæ.
Pax vel injusta utilior, quam justissimum bellum.
Pecuniam contemnere magni animi est.
Pertinacia elati animi comes.
Pertinacia vel in minimis rebus comprehenditur.
Procastinatio odiosa.
Præcipua eruditio est velle discere.
Portus penuriæ est hominibus ars.
Perversæ sodalitates malum fructum ferunt.
Pudore amisso omnis virtus ruit.
Præterita compellunt nos futurorū rationem habere.
Pulchrum est, injurias in gratiam commutare.
Præsta mutare consilium in melius, quam in male institutis pergere.
Principum favor necessarius.

Q.

Qua mensura mensi fueritis, eadem remetietur vobis.
Qualis vir, talis oratio.
Qualis princeps, talis populus.
Quid non capit amor?
Quisque suis malis blanditur.
Quæ nocent, docent.
Quondam stulte factorum pœnitet.
Quæ cernuntur certiora sunt, quam quæ audiuntur.
Quod quisq; vehementer amat, ejus nō potest oblivisci.
Qui amant, semper [illegible] habent [illegible] animum.
Quod alius vitio vertas, ipse ne feceris.

Qui

Qui dives est, [illegible] videtur.

Quidam [illegible], divites facti dispi-
ciunt [illegible].

Quicquid rerum vel bonarum vel malarum geritur inter mortales, id pecuniarum gratia fit.

Quicquid præter spem evenit, id deputato esse in lucro.

Qui fugitant laborem, optant dies festos.

Quicunq; recusabit laborem, non feret fructum.

Quid de quoque viro, & cui dicas, sæpe videto.

Quisque suo tempore moritur.

Quæ præclara sunt, hæc contingunt nisi magno negotio.

Quid tandem non efficiunt manus.

Qui nimium properat, serius absoluit.

Qui nescit dissimulare, nescit imperare.

Quævis terra patria.

Quod satis est cui contigit, nihil amplius optet.

Qui alterum incusat probri, ipsum se tueri oportet.

Qui invidens, egens.

Quod palam venale est, si argentum est, emas.

Qui e nuce nucleum vult, frangat nucem.

Quid datur à divis felici optatius hora?

Qui se peccare nescit, corrigi non vult.

Quid turpius arrogante imperitia?

Qui medium cursum tenet, incolumis est.

Quid optabilius, quàm ab eo laudari, quem nemo non laudat.

Quæ bona sunt dona & dato, atque suscipe.

Quam mox concidit fortuna felicium.

Quam [illegible]

Quam multorum [illegible]

Quam multorum malorum [illegible] est ociũ

Quæ minime sunt pulchra, ea pulchra videntur amanti.

Quod

Quot homines, tot sententiæ.
Quantum habebis, tantum eris.
Quod est natura insitum, nullo corriges negocio.
Quisq; advigilat ad id, quod expetit.
Qui nimium festinant, rem edunt imperfectem.
Quoo semper idem stati perpetuiq; habitus parit satietatem.
Quæ sunt egregia, bis ac ter recte repeti possunt.
Qui in miseriam devenerunt fere melioribus & felicioribus invideant.
Qualis percontatio, talis responsio.
Quod difficilius, hoc præclarius.
Qui beneficium collocat in ingratum, perdit operam.
Qui semel scurra, nusquam pater familias.
Quicquid nativum est, id haud facile mutatur.
Qui simul duplex captat commodum, utroq; frustratur.
Quod fatis decretum est, id nemini licet evitare.
Quod factum est, infectum fieri non potest.
Quod damnaturus sis in aliis, in te ne admiseris.
Qui non est hodie, cras erit vel maximus.
Quæ dolent, ea molestum est contingere.
Qui se pecuniæ studio addixit, nulli commodus est dum vivit.
Quod in animo sobrii, id est in lingua ebrii.
Quod tibi dum mortuus exequetur alibi.
Quæ supra nos, nihil ad nos.
Quam bene valere, melius in vita nihil.
Quam quisq; novit artem, in hac se exerceat.
Quicquid jubet amor, non est resistere tutum.
Qui bene facit, non qui regnat, rex est.
Quæ est maxima ægestas? avaritia.
Quævis vita jucunda, si virtus accesserit.

Qui sibi prodesse nequit, nequicquam sapit.
Quo quisq; ingeniosior, hoc docet laboriosius.
Qui de se prædicat arrogantius, malos habet vicinos.
Quod bene dicitur, non nocet bis dicere.
Quamdiu anima est, spes est.
Quid salvi est mulieri, amissa pudicitia?
Qui charus vult esse multis, multis inserviat necesse est.

R.

Rem peractam stultus intelligit.
Res sacra est consultatio.
Raro sunt vivaces egregio ingenio præditi.
Rebus maxime prosperis metuenda diversa fortuna.
Ratione sana iram subito diviceris.
Rhamnusiæ repugnare & deo, grave est.
Rerum indigus, habentibus non invide.
Res non potest consistere, cum quæstum superat sumptus.
Res in initio pusilla crescet in majus.
Res factu ardua, tamen assidua industria pervincatur
Raro ulla calamitas sola venit.
Rerum irrecuperabilium summa felicitas est oblivio.
Re præterita omnes sapimus.
Raro absq; damno proximorum ædificatur.
Rei non bonæ consuetudo pessima est.
Res humanæ natura proclives sunt ad corruptelam.
Respublica virum docet.
Rerum humanarum vices tristiumq; lætorumq; mixtura.
Resecanda est injuria, non retalianda.
Res mala est multa concupiscere.
Ratio degenerat sine exercitio.
Res nulla consilio nocentior malo.
Ratione nihil est in homine divinius.

Res verbo interdum deterior fit.
Recta institutio est baculus vitæ.
Raro ulla calamitas sola.
Rubor est virtutis color.
Res dicenda omissis conviciis.
Rex magnus est, quisquis se bene rexerit.

S.

Solatium est in miseriis amicus compatiens.
Semper inops, quicunque cupit.
Senectuti. sors est ocium & quies.
Secundæ res incautos dementant & perdunt.
Sæpe etiam sub palliolo sordido sapientia.
Sponde noxa præsto est,
Studia mentem indicant.
Sæpe de levissimis caussis existit ira.
Sapientiæ ætas condimentum est.
Sapientia ætatem gubernat & producit.
Sapiens ipse fingit fortunam sibi.
Sine pennis volare haud facile est.
Suppellex mulieris est clarus clamor.
Simul flare, sorbereq; haud facile factu est.
Sæpe summa ingenia in occulto patent.
Sibi quisq; pessimus est magister.
Sua cuiq; nimium placent.
Senex vivit mortuus inter vivos.
Si eris discendi cupidus multa disces.
Suum quisq; studium maxime probat.
[illegible]
Sapientis est, a viro sapiente discere.
Summa cura lingua regi debet.
Sanitas hominis est certior possessio.
Si ad naturam vives, nunquam eris pauper.
Sors omnia versat.

Stu

Stulti sunt, qui corrigi nolunt.
Senesco semper multa addiscens.
Sæpe prava magis quam bona consilia prospere eveniunt.
Superanda omnis fortuna ferendo est.
Soli miseri carent invidia.
Summa potestas summam requirit integritatem.
Subtile pectus venter obesus non parit.
Si non potes quod vis, id velis quod possis.
Silentium ubiq; tutum est.
Senex homo est molestus cœtui juvenum.
Senectus est molestum onus mortalibus.
Spe plurima miser solum servabitur.
Suspicio res vere gravis est mortalibus.
Sermone qualitas viri cognoscitur.
Si langueat mens, is sermone curabitur.
Sapiat minus necesse est omnis ebrius.
Salutis index est morum dexteritas.
Se nosse ubiq; confert & plurimum.
Scientia est veræ virtutis præmium.
Sunt plurimo omnibus honori literæ.
Sapiens in se omnem habet & fert substantiam.
Sapientia non est res ulla dignior.
Sapientum consuetudine & ipse sapies.
Studia vana sunt, ni adsit mens ipsa.
Semper malorum vita consuetudinem.
Silendo multis respondetur aptius.
Sequitur facile tempestatem serenitas.
Sanitate nil est in vita præstantius.
Sapientis est pati jacturam fortiter.
Secreta animi [illegible] nunquam prodito.
Sunt veri amici pauci, mensæ plurimi.
Studio & labore honesta vita provenit.

Sapientem odi, qui non sibi sapiens est.
Solus sapiens dives est.
Sapienti turpe est dicere, non putaram.
Scientiæ amor nobis innatus.
Senectutis apex autohotitas est.
Servitus omnis misera.
Somnus mortis imago.
Stulticia nihil miserius.
Stultorum plena sunt omnia.
Suæ quenq; sententiæ pœnitet.
Suam quisq; conditionem miserrimam putat.
Suavius est præteritorum malorum memoria.
Suos quisq; debet tueri.
Suo quisq; studio maxime ducitur.
Superbi difficile corriguntur.
Si pusillũ pusillo frequenter apponas, acervus oritur.
Sua quemq; alit ars.
Suo quisq; tempore moritur.
Suus cuiq; notus est animus.
Sua cuiq; sponsa videtur pulcherrima.
Si quid boni contigerit, plus incommodi maliq; adest.
Stultum est sollicitudine nihil profutura discruciari.
Semper malis invisa fuit egregia virtus.
Senes multa experti melius dijudicant.
Senex multa quæ non vult videt.
Senectute ociosa nihil jucundius.
Satis cupiditati nunquam satiatur.
Sæpe consilio dissimilis est eventus.
Semper discendum quamdiu vivimus.
Sibi unusquisq; pessimus magister est.
Si dixeris quævis, quæ non vis audies.
Sæpe mali malefacta viri populus luit omnis.
Suo ipsius laqueo captus.

Stultus

Stultus perinde atq; luna immutatur.
Sapiens solis exemplo sui semper est similis.
Stulta stulti oratio.
Somnus morti simillimus.
Sapientis proprium est, nihil cujus pœnitere possit, facere.
Satius est habere paululum tuto, quàm multum cum periculo.
Sæpe vincas patientia, quæ non viceris impetu.
Sola pecunia possunt expugnari alioquin invicta.
Spes alunt exules.
Spes servat afflictos.
Spem precio emere stultum est.
Sermo aportunus est optimus.
Sermo character animi est.
Satius est ab amico corrigi, quàm ab inimico blandiri.
Sibi quisq; placet.
Suum cuiq; pulchrum.
Suus rex reginæ placet.
Suus cuiq; uxori maritus.
Suus cuiq; crepitus bene olet.
Stultum est, In alterum dicere, qnod in te possit retorqueri.
Suus cuiq; mos est.
Satietas ferocitatem parit.
Sera in fundo parsimonia.
Sero medicina paratur.
Satius est initiis mederi, quàm fini.
Solitariæ manus invalida pugna est.
Sine convictore amico insuavis vita est.
Stillicidium perpetuum saxum excavat.
Sæpe etiam holitor valde opportuna locutus.
Sublata lucerna nihil interest inter mulieres.

Silentii tutum premium.
Silendo nemo peccat, loquendo persæpe.
Summuntur à conservantibus mores.
Si juxta claudum habites, subclaudicare disces.
Summum Jus summa malitia est.
Satius est cessare, quam nihil agere.
Spernimus in commune omnes præsentia.
Se vicii damnat vicium qui laudibus effert.
Semper feriæ inertibus.
Sapientis haud est bis in eodem labier.
Stupidi est hominis, in malum gustatũ iterũ incidere.
Semper experenda fortuna, & omnis tentanda occasio.
Sine Cerere & Bacho friget Venus.
Stultitia est, venatum ducere invitos canes.
Suæ quenq; sortis pœnitet, aliena miratur.
Sine ut eo pacto tecum agatur, quo cum aliis egeris.
Sapientiæ reconditæ, & thesauri absconditi nulla est utilitas.
Sine ope divina nihil valemus.
Suavissima hæc est vita, si sapias nihil.
Singulæ virtutes magno sudore parandæ.
Semper similem ducit deus ad similem.
Sequitur ver hyemem.
Stultus stulta loquitur.
Sunt pauci, quibus iisdem & virtus suppetit & res.
Sapiens sua bona secum fert.
Sapiens opes secum habet suas.
Semper enitendum ad optima, quanquam sint ardua & difficilia.
Scire uti paupertate, maxima felicitas.
Sæpe numero pessima pro optimis amplectantur.
Sanitate nihil est in vita melius.
Sanitas & mens duo sunt vitæ bona.

Sine vitiis nemo nascitur.
Sapiens semper sibi similis est.
Sæpe nocuit differre paratis.
Servire multis, sortis est miserrimæ.
Semper metuit nimium præsaga mali mens.
Sermo medetur tristitiæ.
Senes facile jejunium tollerant.
Sapientia nimia non est sapientia.
Sub cujus potestate sumus, eorum est ferendum impe-(rium.
Satius est tacere, quam tacenda proloqui.
Silentio nihil est utilius.
Sapere & dicere volunt conjungi.
Sera nimis est post belli cladem deliberatio.
Summi viri negligunt minutula quæpiam.
Sæpe consilio dissimilis est eventus.
Spes hominem ne in morte quidem relinquit.
Spectandus semper est finis, & rei exitus.
Satius est recurrere, quam currere male.
Stultum est dicere, non putaram.
Sacra quædam res est consilium.
Sola mors fatetur, quantula sint hominum corpuscula.

T.

Tristica & severitas in omni re absit.
Tempus nullum est infructuose transeundum.
Tempus breve est.
Talia dicentur tibi, qualia dixeris ipse.
Tum judicant homines, ubi jam pœnitet.
Tempori serviendum est viro sapienti.
Talis hominibus est oratio, qualis vita.
Turpe lucrum adducit infortunium.
Tempus viciat omnia.
Tempore fiunt omnia.
Tempus ad lucem ducit veritatem.

Tempus omnia revelat.
Temporis fuga flumio comparatur.
Tempus omnia secum trahit.
Tollit animos opulentia,
Tanti quisq; habetur, quantum habet,
Tanti quisq; fit, quantum possidet.
Toleranda fata numinum.
Tu recte vivis, si curas esse quod audis.
Talis quisq; sit, qualis haberi velit.
Tempus dolorem lenit.
Tuapte suppellectile te metito,
Temulentus dormiens non est excitandus.
Turpissima est jactura, quæ per negligentiam fit,
Taciturnitas amicitias complures dissoluit.
Tenue est robur humanum.
Tarditas in rebus gerendis odiosa.
Temeritas a magnitudine animi aliena.
Tempus minuit dolorem.
Te laudibus nolim studeas extollere.
Tuo malo a nullo sumatur ultio.
Tempus feret de vita olim judicium.
Tristitia vitæ cognata est mortalium.
Temerat malignus rethor leges optimas.
Tolerasse strenue quæ accidunt, viri est.
Tenuiter bene vivere melius est, quam splendide male.
Talis quisq; fit, cum qualibus agit familiaritatem.
Talis quisq; evadit, qualibus cum conversatur.

V.

Unde habeas quærit nemo, sed oportet habere.
Verecundia bonum in adolescente signum.
Verecundia malis conatibus obstat.
Venter imperiosa corporis pars.
Vinum immodicum malorum causa.

Uxori

Uxori non temere credendum.
Utcunq; res sit, ita animum habet sapiens.
Vi regi imperia non possunt.
Violentia odium parit, odium dissensiones.
Vis consilii expers.
Vis sine consilio nihil prodest.
Vestitus mediocritas optima.
Ubi quisq; thesaurum habet, ibi habet & cor.
Vita nobis e st incerta.
Ut tua fuerit oratio, ita tibi respondebitur.
Unusquisq; est faber suæ fortunæ.
Vinum est mors memoriæ.
Vinum est terræ sanguis.
Vinum est incentivum libidinis.
Vinum impellit senem etiam nolentem ad saltandum.
Vino vendibili suspensa hædera nihil opus.
Vini potus disertos facit, & ingenium excitat.
Vinum & mulieres sapientem dementant.
Vinum caret clavo.
Voluntas & labor procreant artes.
Varium & mutabile semper fœmina.
Uxor quæ pudicitiam amisit, omnia simul perdidit.
Virtutis laus in actione consistit.
Uxoris vicium aut tollendum est, aut ferendum.
Uxorum vicia post nuptias discimus.
Viri candida cute non sunt multum strenui.
Voluptates dum blandiuntur necant.
Voluptas impedit consilium & lumē animi extinguit.
Voluptate homines capiuntur, ut hamo pisces.
Ventre pleno melior consultatio.
Venter auribus caret.
Venter non habet aures.
Vetus amor nullum novit habere modum.

Vulgus

Vulgus amicitia utilitate probat.
Unicum confugium in egestate est ars.
Verum loqui, qui juris est sui, potest.
Virtus viris dat arma multo maxima.
Virtus est penitus sola ipsa modestia.
Vitam vocabis, quæ parta est vita optima.
Victu indigens non recte vita dicitur.
Vacuam malis, vitam invenire non licet.
Vires labant ætate, cunctaq; occidunt.
Vir unus haud videt omnia.
Venerans parentes felicem te credito.
Vivax eris senes parentes confovens.
Vivere non licet fidem in mulieribus.
Uxor ferat communem opem quam seliges.
Verena gestat aspidis [illegible].
Vana gloria nil puto ærumnosius.
Unam esse cladem communem puta omnium.
Vir optimus vere nunquam est [illegible].
Vitam cupis, ne morte digna gesseris.
Victum para undecunq;, at non ex crimine.
Urgentur ad pœnas scelerati numine.
Verbis mediam repellere haud potes.
Vulgo sua ratio ipsa est [illegible].
Viri improbi haud [illegible] viscera.
Viri optimi improbis habentur pessimi.
Vanæ linguæ adversum [illegible] & calamitas.
Vicissitudo ingens rerum est mortalium.
Varia admodum fortuna, eademque instabilis est.
Vitæ bona sunt, valere & mente & corpore.
Virorum amici sunt procul infelicium.
Unicuiq; dedit vicium natura creato.
Ubi intenderis, ingenium valet. (protruditur.
Vix feliciter cedit, ad quod quis reluctante ingenio

Unus-

Unusquisq; sibi ipsi blanditur.
Uni si qua placet culta puella, sat est.
Veritas sæpe laborat, nunquam opprimitur.
Ubi quis dolet, ibidem & manum habet.
Vicinitas & prosperitas invidiæ sunt parentes.
Vivere si recte nescis, decede peritis.
Vinum calcar præbet ingenio.
Ut quisq; firme rem suam accurat, si ei procedit.
Viden ægestas quid negocii dat homini?
Vera virtus non eget alienis preconiis.
Velle suum cuiq; est, nec voto vivitur uno.
Vir unus nihil insigne præstiterit.
Victa assiduitate fiunt quælibet negocia.
Usq; adeo nihil improbius muliereq; pejus.
Vivere nostrum, est militare.
Vita hominis militia est super terram.
Usu vitæ multaq; rerũ experientia paratur prudentia.
Ut cuiq; homini res parata est, firmi amici sunt.
Ubi non est pudor, ibi regnat impudentia.
Ubi non est fides justicia locum non habet.
Verecundia inutilis viro egenti.
Ubi timor, ibi & pudor.
Vita humana similis est alearum ludo.
Vita hominum perinde est quasi cum ludas tesseris.
Vita mortalium brevis.
Ut sementem feceris, ita & metes.
Vocatus, non vocatus Deus aderit.
Utere illorum opera, qui ex animo faciunt.
Ubi amici, ibi opes.
Viri infortunati procul amici.
Vicinus invidet vicino.
Unumquenq; decet eam artem exercere, quam antea doctus sit.

Unus

Unus vir nullus vir.
Ut quisque est, ita loquitur.
Unus dies non sat est ad parandam virtutem aut eruditionem.
Una hirundo non facit ver.
Veritatis simplex oratio.
Virum improbum vel mus mordeat.
Vera ornamenta matronarum pudicitia, non vestes.
Voluptatibus interdum animi ægritudines levantur.
Utendum est divitiis, non abutendum.
Vita iuvenilis imbuenda bonis literis, & candidis moribus.
Vita nostra similis est bullæ in aqua.
Utendum est ætate, cito pede labitur ætas.
Virtuti nulla possessio major.
Virtus omnibus rebus anteit profecto.
Vincit malos pertinax bonitas.
Virtutis me ardua & fragosa.
Virtute nihil est formosius, nihil pulchrius.
Via viciorum lata est, & declivis.
Vini hilaritas minuit senectutis molestiam.
Voluntas est necessitati accomodanda.
Vicissitudo beneficiorum amicitia necessaria.
Vivimus in ocio & tranquillitate, dũ res sunt secundæ.
Variæ sunt rerum vices.
Voluptates commendat rarior usus
Ultor scelerum Deus,



AGEN-

AGENDI GRATIAS FORMULÆ.

I.

PRo istoc tuo in me beneficio hoc unum tibi spondeo, & hoc etiam velim tibi persuadeas penitus, quam te velle, quæq; ad te pertinere arbitrabor, semper sine ulla dubitatione summo studio faciam.

II.

Pro officiis in me tuis non vulgaribus hoc majorem habeo gratiam, quod ea præstiteris, nullo unquam à me lacessitus officio.

III.

Habemus tibi gratias, quod nos tam lauta cœna excepisti, relaturi uberiorem gratiam, si quando per fortunæ facultates licebit.

IIII.

Curabo, ne apud ingratum hominem videaris obsequia tua posuisse.

V.

Gratias quam maximas tibi habeo, & ne ingratus habear apud te, omnem meam operam in omni re polliceor, qua libere possis tuo arbitratu uti, efficiam, ut intelligas, nec studium, nec fidem defuisse.

VI.

Pro isto munere omnia volo, à me & postules & expectes, & si quid erit in quo operã meam desiderabis, quod

quod voles injunge homini cupidissimo tibi gratum faciendi.

VII.

Immortales tibi gratias ago pro omnibus tuis in me beneficiis, & si quid in me officii est, aut studii, quo te putas juvari posse, ejus tibi summum jus facio: & nolim profecto tibi amico operam meam defuisse.

VIII.

Enitar pro viribus, ut si grati nomen non possim assequi, saltem ingrati hominis notam videar effugisse.

IX.

Non possum non agere gratias pro tuo in me collato beneficio, cujus erit apud me sane memoria sempiterna, quod ego tanti æstimo, ut Cræsi quidem opibus redimi patiar.

X.

Non committam, ut munus tuum male collocasse videaris: sensi enim ex animo tuo sincero profectum: si & qua in re potero tibi usui esse, nihil defugiam, quod modo præstare possim.

XI.

Fecisti isto beneficio, ut merito te & amem, & collaudem: & si quid erit, in quo mea vicissim opera utendum putabis cave rogaveris, sed ut tuo mancipio præcipito, invenies ad quidvis & promptum & alacrem.

XII.

Ingentes ago tibi gratias, quod me ad hoc convivium vocare dignatus es: & si qua in re tibi queam gratificari, senties hominem ad obsequendum promptissimum.

XIII.

Ingentes tibi gratias habeo: nam referre qui possum cum me æternum reddideris? Hoc unum tibi etiam atque etiam persuadeas velim, nihil existere posse tam durum, tam periculosum, quod non sim tua causa libenter etiam subiturus.

F I N I S.



